UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Nicolai Cavssini Trecensis, E Societate Iesv, De Eloqventia Sacra Et Hvmana Libri XVI

Caussin, Nicolas

Coloniae Agrippinae, 1634

146. Sclopus: Ex Mapphæo.

urn:nbn:de:hbz:466:1-70090

Visual Library

ſubſternitur, circa, gemmis eximijs, & vnionibus adornatus: in ipſa ſmaragdini pedis ſolea, quam auream eſſe diximus, doni author, & cauſa literis inciſa.

SCLOPVS.

Ex Maſſæo.

Deſcriptio CXLV.

NOndum apparuerunt gentibus ijs, nouæ ſubtilitatis, & operis admirandi baliſtæ: oblongum in tubum, & æqualiter teretem, ex ære fuſili figuratæ: quæ non funibus aut neruis intentæ ſingula mittunt ſpicula; ſed inexcogitata priſcis ratione: ad applicitos tenui ab tergo foramine igniculos, cum incremento multiplici rapiendos, certo primum nitrati, ac ſulphurei pulueris modo temperatæ: dein inſertos ore patente ferreos ex arte globos, catenaſque, & alia obturamenta, fulminum inſtar flammis eluctantibus, cum horrendo fragore contorquent.

VENATIO.

Philoſtrat. in amoribus.

Deſcriptio CXLVI.

ΜΗδὲ ὁ λαγὼς ἡμᾶς ἐκεινοσὶ διαφευγέτω· συνθηράσωμεν δὲ αὐτὸν τοῖς ἔρωσι. τοῦτο τὸ θηρίον ὑποκαθήμενον ταῖς μηλέαις, καὶ σιτούμενον, τὰ πίπτοντα καταλεῖπον, διαθηρῶσιν οὗτοι, καὶ ταράττουσιν· ὁ μὲν, κρότῳ χειρῶν, ὁ δὲ, κεκραγώς, ὁ δὲ, ἀνασείων τὴν χλαμύδα. καὶ οἱ μὲν ὑπερπέτονται τοῦ θηρίου καταβοῶντες· οἱ δὲ, μεθέπουσιν αὐτὸ πεζῇ κατ' ἴχνος. ὁ δὲ ὡς ἐπιρρίψων ἑαυτὸν ὥρμησε, καὶ τὸ θηρίον ἄλλῃ ἐτράπετο, ὁ δὲ, ἐπιβουλεύει τῷ σκέλει τοῦ λαγῶ· τὸν δὲ, καὶ διωλίσθησεν ἡρπακότα. γελῶσιν οὖν, καὶ καταπεπτώκασιν· ὁ μὲν, εἰς πλευράν, ὁ δὲ, πρηνής. οἱ δὲ, ὕπτιοι πάντες, ἐν τοῖς τῆς διαμαρτίας σχήμασι. τοξεύει δὲ οὐδείς, ἀλλὰ πειρῶνται αὐτὸν ἑλεῖν ζῶντα, ἱερεῖον τῇ Ἀφροδίτῃ ἥδιστον.

NE lepus quidem ille nos fugiat; ſed eundem venemur, vnà cum cupidinibus. Hanc feram ſub malis ſedentem, quæ poma cædiua, partim edit, partim ſemeſa relinquit; amores venantur. Hic quidem manuum plauſu, ille vero clamitans, tertius chlamydem concutiens; & alij ſuperuolant leporem clamoribus inceſſentes: alij verò ipſum per veſtigia inſequuntur. Hic autem, quo impetu ſe ipſum immiſſurus irruit? ſed fera aliò eſt conuerſa. At hic leporis cruri inſidiatur: huius verò è manibus lapſus eſt. Itaque rident, & ipſi ceciderunt, hic quidem in latus, hic verè pronus. Hi omnes ſupini, errorem vario indicante habitu: nullus autem ſagittas in eum mittit, ſed viuum capere conantur, Veneri ſuauiſſimam hoſtiam.